



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

4. De effectibus huius Sacramenti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

conferatur. Signo te chrismate salutis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, vel ita: Confirmo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Nam in priori forma verborum Signo per adiunctam ministri actionem satis determinari videtur ad significandum signaculum crucis. Et in posteriori forma verborum Confirmo, adiuncta actione ministri frontem signantis determinari videtur ad significandam confirmationem, quæ sit per unctionem formata signo crucis.

Antiqui propter formas sacramentorum infidelibus prodi cauebant, unde mirum non est, quod apud Patres tum huius, tum aliorum sacramentorum formas expresse non legamus.

## C A P. IV.

*De effectibus huius sacramenti.*

Effectus huius sacramenti est augmentum gratiae sanctorum insuper actualis gratiae auxiliū ac robur tempore opportuno conferendum, ad fidem Christi constanter profitendam.

Conuenit, ut adulti ante confirmationis susceptionem sacramentum sacramentaliter confiteantur. Licet enim nullum præceptum extet, ideoque contritus sufficiat; tamen tutius est confiteri. Nam cum hoc sacramentum gratiae augmentum conferat, necessarium est, ut suscipiens iam ante in gratia Dei constitutus sit, siue spiritualiter viuat; siquidem augmentum supponit vitam. Vnde constius est te in gratiam Dei constituere per sacramenti confessionem.

Manus impositio confirmatoria & ordinatoria, repetitio non possunt: aliæ vero manuum impositio-

Qqq 5 nes

nes videlicet consecratoria, curatoria & reconcilia-  
toria repeti possunt.

## C A P . V .

*De subiecto sine suscipiente huius sacra-  
menti.*

**S**ubiectum capax huius sacramenti est omnis &  
solus homo baptizatus, colligitur ex Act. 2. & ra-  
tio congruentiae est, quia sicut natura quos genera-  
uit ad perfectam adducere conatur; ita etiam Deus  
& ministerialiter Ecclesia, quos spiritualiter genera-  
uit per baptismum ad statum perfectiorem gratia  
adducit per confirmationis sacramentum.

**2** In plerisque Ecclesiis licet olim, iam tamen infan-  
tes ante usum rationis v.c. septennium confirmari  
non solent, idque ob reverentiam & utilitatem ma-  
iorem suscipiendi hoc sacramentum, utpote con-  
currente actuali fide & reliqua dispositione susci-  
pientis.

**3** Qui perpetuo amentes sunt, & infantes in mortis  
articulo utiliter ac recte confirmari possunt: Ratio  
est, quia eiusmodi cum fructu spirituali & sine reue-  
rentia sacramentum confirmationis suscipiunt, sicut  
& baptismum, estque per accidens, quod nunquam  
spiritualiter militaturi sint.

**4** Hodie non extat praeceptum obligans subpecca-  
to ad suscipiendum confirmationis sacramentum  
secluso contemptu, eò quod non necessarium ad  
salutem. Tamen veniale sine causa aliquem ordi-  
nare, qui confirmatus non est cum Ecclesiarum  
consuetudo repugnet.

CAP.